

# Beiheft

2

S 106

[c. 1256 Juli 4.]

[26  
106]

Der Propst von Barlar bekundet den Ankauf des Erbes Hinrikine, Bauerschaft Bedemerswiche (Köpl. Österwic).

Nos . . Dei gratia praepositus Varlarensis omnibus hoc scriptum intentibus salutem in Domino. Quoniam<sup>1)</sup> humana labilis est admodum memoria, vivaci est scripturae testimonio fulcienda. Placuit igitur nobis praesentis paginae testimonio nostris successoribus intimare, quod nos domum quandam in Bedemerswiche dictam Hinrikine a Theoderico milite de Schonebeke viginti et una marcis emimus comparatam. Ad hanc vero emptionem conventus decem marcas exposuit, quae ipsum specialiter contingebant, pro quibus infirmaria vel eius provisor sex modios tritici et totidem siliginis cum moltio ordei et porcis duobus, quos cum Dominus glandes dederit, domus eadem pingues dabit, recipiet annuatim. Ut igitur haec rata et inconvulta permaneant, præsens scriptum nostri munimine sigilli et conventus duximus roborandum.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 212.